Feudum

Sigismundus etc. Scamus etc.

Quia nos habentes rationem seruitiorum militarium Nobilis Sta-
nislai Maleckowskij quae ille Serenissimo Regi Stephano ante-
cessori nostro in bellis Moscouiticis et nobis in Liuonicis praestiti-
quibus accessit, ut ante annos aliquot à Carolo Duce Sudermaniae
captus, atque in captiuitate annis fere quinque detentus fuerit non
sine grauissimo salutis discrimine, et totius rei familiaris
iactura, faciendum nobis esse duximus, ut illi eiusque haeredibus et
successoribus masculis ex lumbis eius descendentibus bona deser-
ta Everstfer nuncupata, quae quidam Joannes Seia possidebat, item
et Curiam seu Moisam Rbom dictam quam olim quidam Liwpijai
dictus possidebat, quae bona iam antea illi et nobili Catharinae Ho-
towska consorti eius in ius aduitalitium per nos collata fuerant,
et in quorum illa possessione pacifica hucusque fuit, iure Feudali confer-
remus. quemadmodum iam exnunc damus donamus et conferimus
cum omnibus eorundem bonorum subditis, colonis, agris, pratis,
syluis, fluuijs, lacubus, rubetis, omnibusque eorum attinentiis emolu-
mentis, et utilitatibus, necnon cum omni utili dominio. Ad habendum
tenendum utifruendum instar aliorum bonorum per nos iure Feudi in Li-
uonia conferri solitorum. Ita tamen, ut ea alienare sine consensu
nostro non possit sed eis cum successoribus suis masculis ex
lumbis eius descendentibus donec superfuerit, utatur Juribus
nostris Regalibus, directi dominij, item et Ecclesiae Catholicae
saluis permanentibus. In cuius rei etc.

Consensus

Sigismundus etc. Scamus etc.

Quod coram nobis et Actis cancellariae nostrae constitutus per-
sonaliter nobilis Bartholomeus Grocholskij Cancellariae nostrae Sec-
retarius, Recedendo à omnis distinctiones iurisdictioneque dicta quacunque pro-
pria et competenti, praesenti vero iurisdictioni nostrae sese in toto quo-
ad actum praesentem subijciendo, de spatii consensu et volunta-
te nostra ultro libereque recognouit. Quia ille de toto iure suo quod
illi vigore Priuilegij nostri, super molendinum N dictum in oppido

nostro Kleschele consisteñ, seu eius tertiam mensuram com=
petebat, cessit et condescendit, prout iam ex nunc cedit et rea-
liter condescendit, Honestis N. N. Famati Conrat N.
Civis Kleschelovien. moderni eiusdem molendini possessoris filijs,
Nihiliominus sibi vigore Privilegij sui in eo molendino seu eius
tertia mensura reservañ, sed illud totum in memoratos N. N.
transferendo. Quam quidem cessionem nos ratam habentes, et gra=
tiam nostram eisdem N. N. etc. declarare volentes, eandem ter-
tiam mensuram molendini praefati eisdem N. N. in ius advita=
litium conferend. esse duximus, prout iam ex nunc conferimus
cuilibet pro sorte et interesse suo. Promittimusque verbo nostro
Regio pro nobis et Serenissimis Successoribus nostris, quod quam=
diu praefati N. N. superstites fuerint, eos possessione eiusdem
tertiae mensurae non privabimus, sed eos in pacifica eius possessione
conservabimus, post decessum vero cuiuslibet eorum sors eius
iurisdictioni et legitime exemptioni subesse debet, iuribus nostris
Regalibus, et moderni loci illius tenutarij salvis. In cuius etc.

Liberatio a Podwodis

Sigismundus etc. Significamus

Quod cum nobis per certos consiliarios nostros relatum esset
oppidum nostrum Gorzeczin tenutae ad praesens Illustris et Magci
Sigismundi Marchionis de Mirow Regni nostri supremi Marschal=
ci, nunc Civitatis Korczin Soleczi Grodecique Capitanei adeo
per priores tenutarios devastatum et exaustum esse, ut oneribus
Podwodarum nequaquam satisfacere posset, faciend. nobis esse
ad intercessionem eiusdem Illustris et Magci Regni Marschal=
ci existimavimus, (quod et alijs subditis damna passis
negare non solemus, ut eos hoc molestissimo et durissimo onere
ad aliquod tempus relevaremus, quo sese tandem aliquantum recol-
ligere, et officium suum in posterum commodius facere possent. Da=
mus itaque iam ex nunc eisdem omnibus et singulis oppidanis
Gorzeczinen. tam intra quam extra oppidum degentibus libertatem
et immunitatem ab excipiend. et referend. Podwodis hinc ad quatuor
annorum decursum. Quo tempore nullas omnino Podwodas qui=
buscunque servitoribus nostris, undecunque venientibus subministrare